trialis cognitio aliquarum rerum absque discursu intellectus est. ut quod omnem torum est manus sua parte et homini. **Deus** autem de omnibus huiusmodi cognitionem habet. quia scilicet sine discursu sequetur quod in eo sit intellectus. **Unde** Job. xii. **Ipse** habet consilium et intelligentiam. **De** etiam virtutes in deo sunt extrinsecas exemplares nostrarum sicut perfectum imperfecti. **De** felicitate vero actiua non vite unius hominis. aut unius comus. aut unius ciuitatis. aut regni. sed totius vniuersi gubernationem habet. **Sciendum** etiam quod virtutes in deo sunt que pertinent ad vitam actiuam. non tamen proprie loquendo que sunt circa passionem. sed que sunt circa actiones. **Ita** tamen quod virtutes non sunt in eo habitus sicut nobis. sed sunt ipsa essentia eius. **Et** quod sint virtutes in eo ex hoc probatur. **Sicut** enim esse eius est vniuersaliter perfectum. omnium entium perfectiones in se quodammodo comprehendens. ita et bonitas eius oportet quod omnium bonitatem eius in se quodammodo comprehendebat. **virtus** autem est quodam bonitas virtuosi. **nam** secundum eam dicitur quis bonus et opus eius bonum. **Oportet** ergo bonitatem diuinam omnes virtutes suo modo continere. **unde** nulla earum secundum habitum in deo dicitur sicut in nobis. **Deo** enim non conuenit bonum esse per aliquid aliud superadditum ei. sed per essentiam suam. cuius sit omnino simplex. **Nec** etiam per aliquid essentie sue additum agit. cum actio sua sit sui esse. **Unde** igitur virtus in eo est aliquis habitus. sed essentia eius. **Preterea** habitus est de genere accidentis. **In** deo autem nullum est accidens. igitur virtus in eo non est habitus. **Virtutum** autem que circa vitam actiuam sunt. quedam sunt circa passionem. quedam circa actionem. **Circa** passionem sunt fortitudo et temperantia. **Et** quia passiones que habent moderari per eas sunt in parte sensitua. in deo autem non est pars sensitua. sed solum intellectiua. ideo tales virtutes non sunt in deo secundum proprias rationes. **Et** quia quedam harum sunt secundum inclinationem appetitus in aliquod corporale bonum delectabile secundum sensum. ut cibi. potus venerea. contra quorum concupiscentias sunt sobrietas. castitas. temperantia et homini. **Ideo** cum corporales delectationes a deo sint remote. predicte virtutes nec proprie nec metaphysice de deo dicuntur in scripturis. **Alie** vero que sunt passiones secundum inclinationem appetitus in aliquod bonum spirituale. sicut est honor. triumphus. victoria vindicta et huiusmodi. que sunt circa timores et audacias et homini. ut fortitudo. magnanimitas. mansuetudo. patientia et homini. **quis** in deo proprie non sunt. eo quod sunt circa passionem. que in deo sunt. tamen metaphysice in scripturis dicuntur de deo per similitudinem effectus. ut i. Regum. ii. **Non** est fortis sicut deus noster. **Et** Numeri. **Querite** mansuetum. **Sed** ille virtutes que

Titulus Decimus

sunt circa actiones. ut magnificentia. veritas. iusticia. liberalitas. prudentia et intellectus et huiusmodi. De diuine perfectioni non repugnant. Huiusmodi enim virtutes sunt quaedam perfectiones voluntatis et intellectus. quae sunt principia operationum absque passione. In deo autem est voluntas et intellectus nulla carens perfectione. igitur he deo deesse non possunt. Et quantum ad prudentiam cum cognitio ordinans voluntatem ad agendum prudentia sit. quia secundum philosophum. vi. ethico. Prudentia est recta ratio agibilium. Diuina autem voluntas determinatur ad unum de his que sunt alia ab ipso per cognitionem suam. ergo in ipso est prudentia. Unde dicitur Job. xvi. Apud ipsum est prudentia et fortitudo. Quantum ad iusticiam sic probatur. Et hoc quod deus aliquid vult. et illa que requiruntur ad ipsum. Quod autem ad perfectionem alicuius requiritur est debitum unicuique. Ad iusticiam autem pertinet unicuique quod est suum distribuere. igitur in deo est iusticia. Unde in ps. x. Iustus dominus et iusticias dilexit. Quantum ad liberalitatem sic patet. Deus non vult communicare alicui suam bonitatem. ut aliquid inde sibi accrescat. Sed quia ipsum communicare est sibi conueniens ut fonti bonitatis. Dare autem non propter aliquod commodum ex ratione expectatum. sed propter ipsam bonitatem et conuenientiam donationis est actus liberalitatis. ut patet per philosophum. vii. ethico. Deus igitur maxime est liberalis. Unde et Auicenna dicit. Ipse deus proprie liberalis dici potest. Nam omne aliud agens propter ipsum ex ipsa sua actione aliquod bonum accipit. quod est finis intentus. Eius libertatem ostendit ps. cxlvij. dicens. Aperis tu manum tuam et quantum ad veritatem ostenditur sic. omnia que a deo esse accipiunt. necesse est ut ipsius similitudinem gerant. in quantum sunt. et in quantum bona sunt. et per prias rationes in diuino intellectu habent. hoc autem ad veritatem pertinet secundum philosophum. vii. ethico. ut scilicet in factis et dictis aliquis talem se exhibeat qualis est. Est igitur in deo veritas. Ro. xij. Est autem deus verax. Quantum ad virtutem artis patet. Omnium enim eorum que a deo procedunt in esse ratio propria in intellectu diuino est. Ratio autem rei fiende in mente facientis ars est. Dicit autem philosophus. vi. ethico. quod ars est recta ratio rebus a nobis factibilibus. Est igitur proprie ars in deo. Unde dicit sapientia. vij. Omnium artifex docuit me sapiam. Que tamen ars in mente diuina non est accidens ut in mente artificis hominis. sed ipsa essentia sua. Sunt etiam in deo perfectissime amor et gaudium seu delectatio non prout sunt passiones appetitus sensitui. Nulle enim tales passiones proprie sunt in deo. cum sensitua non sit in eo. quia affixa organo corporeo. deus autem corpus non habet. Et si in scriptura de deo aliquid dicitur. ut quod sit iratus. penitens et huiusmodi. per similitudinem effectus dicuntur. Sed sunt amor et gaudium prout sunt secundum actum voluntatis. Bere. xxi.

In charitate perpetua dilexi te. **H**is dicit quod deus semper gaudet unica et simplici delectatione. Quidam philosophi posuerunt rebus principium dei amorem. cui consonat verbum dyonisi dicentis. Diuinus amor non permittit esse sine germine esse. Falsa autem felicitas terrena non habet nisi quandam umbram illius perfectissime felicitatis. ut dicitur idem ca. c. Consistit enim in quibus secundum Boetium de philosophica consolatione. scilicet in diuinitate. in voluptate. in potestate. fama et dignitate. Habet autem deus excellentissimam delectationem de se et vniuersale gaudium de omnibus bonis absque alicuius contrarij admixtione. Pro diuinitate habet omnimodam sufficientiam in seipso omnium bonorum. Pro potestate habet infinitam virtutem. Pro dignitate habet omnium entium primatum et regimen. Pro fama habet admirationem omnium intellectus. ipsum utcumque cognoscentis.

Audiuimus etiam .§.ii

ex sacra scriptura ex qua fides ex auditu per verbum christi ad Ro. x. In ciuitate dei virtutum. ecclesia militanti. que eadem est cum ciuitate dei nostri. eius triumphanti differetes secundum perfectam et imperfectam visionem et possessionem dei. quod quilibet ibi existens esse perfecte beatus. secundum illud ps. lxxvij. Beatus qui habitant in domo tua domine. Beatus autem est qui habet quod vult. scilicet bonum. Hoc autem ibi possidet. Nam tunc impletur omne desiderium hominis secundum illud ps. cxij. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et omne humanum studium ibi summationem suam accipit. Quod quidem patet de currenti per singula. secundum b. Th. iii. u. contra gentiles. c. lxxij. Siquidem septem desideria in homine reperiuntur. que hic nunquam repleti possunt sed tamen ibi. Primum est desiderium cognitionis secundum desiderium virtutum. tertium desiderium honorationis. quartum desiderium fame seu nominationis. quintum desiderium diuitiarum. sextum desiderium delectationis. septimum desiderium vite seruatiouis. Quantum ad primum. Omnes homines natura scire desiderant. ut ait philosophus. quod quilibet in se experitur. Et quod quilibet scire querit que non sibi conueniunt. vel in debito modo vitam incurrit curiositatis. Propter quod dicitur Eccles. iij. In pluribus operibus eius scilicet dei non fueris curiosus. Est igitur naturale desiderium hominis in quantum est intellectualis nature de cognitione veritatis. quod habebis hic utcumque per studium vite contemplatiue sed imperfecte. Unde dicitur sapientia. ix. Difficile extimamur que in terra sunt. et que in prospectu sunt. cum labore inuenimus. que autem in celis sunt quis inuestigabit. scilicet ut inueniat. Et mercurius trismegistus dicit. quod ea que secundum sunt minima per eos qui ignorantur. Nunquam ergo hic sariatur istud desiderium. sed semper cupimus magis ac magis scire. Et in ciuitate dei nostri triumphanti in visione beatifica dei. omnia que natura intellectus scire desiderat ei innotescunt. In ea enim ut in speculo relucet rationes et virtutes omnium creaturarum. Unde die

Capitulum Septimum

re. xxi. dicit. In illa die non docebit unusquisque proximum suum dicens. Cognosce dominum. Omnes enim scient me a maiori usque ad minorem. Est et secundum desiderium hominis secundum quod habet rationem qua inferiora potest disponere. Quod quidem prosequitur homines per studium vite actiue et civilis. quod desiderium principaliter est ad hoc. ut tota vita hominis secundum rationem disponatur. quod est vivere secundum virtutem. Cuiuslibet enim virtuosus finis in operando est proprie virtutis bonum. sicut fortis ut fortiter agat. prudentis ut prudenter agat. et sic de alijs. Sed clarum est quod nullus hic implet desiderium tale. ut semper virtuose operetur sine aliquo defectu. Sed ut dicitur. iij. Reg. viij. Non est homo super terram qui faciat bonum. et non peccet. Et in per uer. xxiij. Septies in die cadit iustus. Sed impletur hoc desiderium in patria omnino. quia ratio in summo vigore erit diuino lumine illustrata. ne a rectitudine deficere possit. Apoc. xxiij. Sine macula sunt ante thronum dei. i. sine aliquo defectu virtutis. Consequitur autem civilem vitam quedam bona quibus non indiget ad civiles operationes. ut honoris sublimitas. Est igitur tertium desiderium hominis de honore. Quibus enim appetit. unde Tullius. Bonos alit artes. quibus ad studia accenduntur gloria. Hanc sublimitatem honoris homines inordinatim appetentes. ambitiosi et superbi fiunt. et multa mala faciunt contra deum et contra proximum. ut patet de hierobeam qui timens amittere regnum si populus israel accederet ad templum in hierosolimam iuxta mandatum dei. fecit vitulos aureos quos populus adoraret. iij. Reg. xij. Et absalon fecit coniurationes contra patrem. iij. Reg. xv. Sed nec istud desiderium impletur hic. Unde alexander magnus cum audisset ab aliquibus patribus quod erant plures mundi. cepit suspirare. eo quod vix adhuc unum in domino suo haberet. quasi desiderans et alius dominari. Sed in ciuitate dei per dei visionem ad summum honorem et potentie sublimant. in quantum deo quodammodo vniuntur. Et propter hoc cum deus sit rex seculorum. et ipsi deo coniuncti reges dicuntur. Apoc. xv. Regnabunt cum christo etc. Consequitur etiam civilem vitam et aliud appetibile. Quartus. scilicet fame celebritas per cuius inordinatum appetitum homines efficiuntur vane glorie cupidi. Et ut dicit Seneca. Nulla est tam excelsa virtus quam dulcedine glorie non tangatur. Sed ut dicit beatus Thomas de prima secundae. Gloria gloria. Quid aliud est quam in multo hominum inflatio quodam aurium. Beati autem in ciuitate superna per illam visionem reduntur celebres et famosi. non secundum estimationem vel laudem hominum. quod aliquando est falsa. quia ut dicitur pro uer. i. gloriantur cum male fecerint. sed vera in dei et sanctorum aliorum iudicio. Et ideo in scriptura sepe beatorum illa gloria nominatur. ut in psalmo. Exultabunt sancti in gloria. Est et aliud quantum generum bonorum. quod appetitur in civili vita. scilicet diuitie. per quas inordinatum appetitum homines efficiuntur avari. illibera-

les. iniusti multipliciter. Sed ut dicit Ambrosius. super lucam. Mens avari vinculis cupiditatis stricta semper aurum videt. scilicet in mente semper argentum cogitat. gratius aurum quam soles intruerit. Ipsa enim omnino a deo petit aurum. Sed nec fatietas unquam nec finis aderit cupiditati. di. xlvij. sicut hi. Et poeta. Nunquam pecunia tristis fatiat avarus. ponitur hydropicus. ariditate focus. In illa autem beatitudine est omnium bonorum sufficientia in quantum beati proficiunt illo qui comprehendit omnium bonorum perfectionem. Propter quod dicitur sapie. vij. Dederunt michi omnia bona propter civitatem illam. Et in psalmo. cxi. Gloria et diuitie in domo eius. **S**eptimum desiderium hominis est quod est sibi et alijs animalibus commune. ut delectationibus perfruantur. quod homines consequuntur per vitam voluptuosam. et per eam efficiuntur immoderati et incontinentes et inde mortem sibi accelerant. infirmitates incurunt. famam perdunt. Plures occidunt voluptas quam gladius. ait seneca. Sed nec tamne his fatiant. immo bestiales fiunt. In illa autem ciuitate est delectatio perfectissima. tantoque perfectior ea quam per sensum est. quanto illud bonum in quo delectabimur maius est omni sensibili bono et magis intimum et magis continue delectans. quanto etiam illa delectatio est magis ab omni permixtione contristantis libera. psalmo. xv. Delectationes in terra tua. i. in gloria usque in finem. i. que finiunt et quietant appetitum. ut nihil restet desiderandum. Unde illa fruitio figuratur in scriptura per nuptias et magna conuiuia. in quibus homines consueverunt delectari et gaudere. ut per conuiuium regis asueri quod interpretatur beatitudo. Beater. i. Per cenam euangelicam. Luce. xxiij. et hinc. b. Bern. Illud est verum gaudium quod non de creatura sed de creatore concipitur. quod cum acceperis nemo tollet a te. Cuius comparatione omne dulce amarum. omne pulchrum sordidum. omne quod potest delectare molestum. **S**eptimum desiderium quod est omnibus rebus commune naturaliter est. quod desiderant conseruationes sui esse quantum possibile est. per cuius desiderium immoderantiam homines efficiuntur nimis timidi. et nimis a laboribus sibi percentes. ne vitam amittant et propter hoc efficiuntur peruari. sacrilegi. multa bona necessaria ad salutem omittentes. Sed ut dicit beatus Augustinus. xi. q. iij. Timendo mortem carnis tue. dabis mortem anime tue. Sicut petrus qui ex timore christi negauit. et quis quilibet hoc naturaliter desideret. tamen ut dicitur ecclesiastes. ix. Nemo est qui semper viuat. aut qui huius rei habeat fiduciam. Sed sicut pisces capiuntur hamo. et aues laqueo. ita et homines re pe malo. scilicet mortis ex insperato. Impletur autem hoc desiderium in ciuitate dei ubi erunt ab omni nocumeto securi. Apoc. xxi. Non esurient neque sitient amplius. nec cadet super illos sol aut vllus estus. quoniam priora transferunt. Et Etsi. Faciet dominus in monte hoc conuiuium grande

Titulus Decimus

conuiuium pinguium et medullarum. conuiuium vindemie defecate. et precipitabit mortem in sempiternum. Sicut ergo audiuimus ita et vidimus. dicit sancti. quod per beatam visionem consequuntur intellectuales substantie veram felicitatem in qua omnino desiderium quietatur. que secundum Aristoteli ad felicitatem requiritur. quia ibi est status omnium bonorum aggregatione perfectus.

Audiuimus tales §. III

statum beatorum esse verum statum. quod semper stat in perpetuum. Unde dicit. deus fundauit eas in eternum. illa. scilicet ciuitatem felicissimam beatorum ut in perpetuum maneat. et nunquam deficiat. Audiuimus etiam ministrum dicentem. *Esai. xxxij.* Oculi tui videbunt hierusalem ciuitatem opulentam. tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. nec auferentur clauis eius in sempiternum. *Et Mat. xxv.* Ibi iusti in vitam eternam. *Et apoc. iij.* Qui viderit faciam illum columnam in templo dei mei. et foris non erit amplius. *Et ps. lxxij.* Beati qui habitant in domo tua in secula seculorum laudabunt te. Et sicut audiuimus hic. ita et vidimus in ciuitate dei nostri. presens sancti dicitur. *Sed et nos dicere possumus hoc vidisse ratione naturali non solum fide. Nam pluribus rationibus probatur. b. Th. li. iij. contra gentiles. c. lxxij.* illam felicitatem esse perpetuam. quare prima est talis. Creatura rationalis non puenit ad vltimum finem nisi quando eius desiderium naturale quietatur. Si autem natura desiderat felicitatem. ita naturaliter desiderat felicitatem perpetuam. Quare enim in sua substantia sit perpetua. illud quod propter se desiderat et non propter aliud. desiderat illud ut semper habendum. Non ergo esset felicitas perfecta vltimus finis. nisi perpetuo permaneret. Quare autem felicitas naturaliter appetatur. quilibet experitur in se. Et Boetius etiam ait. Insuper est naturaliter mentibus hominum veri summum boni cupiditas quod si non posset consequi. frustra esset in hominibus tale desiderium. Sed secundum philosophum. Deus et natura nihil frustra operantur. Sedaratio est talis. Omne illud quod possidetur cum amore. si sciatur quod quandoque amittatur. tristitiam generat. Visio autem illa que beatos facit scilicet visio dei. cum sit maxime delectabilis et maxime desiderata. utique a possidentibus eam amatur. Non ergo posset hoc non tristari eos si scirent se quandoque eos amissuros. Si autem non esset perpetua talis visio. hoc utique scirent. Nam ut dictum est supra videndo diuinam substantiam etiam alia cognoscunt. que naturaliter sciri possunt. Unde multo magis cognoscunt qualis sit illa visio. Durum perpetua vel aliquando amittenda. Non ergo esset talis visio eis sine mixtura tristitie. cum scirent eis deficientiam. et sic non esset vera felicitas. que ab omni malo immunem reddere debet. Tertia ratio impossibile est quod aliquid a bono quo fruatur velis

discedere nisi propter aliquod malum. quod in frustratione illius boni extirpat fore. saltem cum propter se extirpat impedimentum maioris boni. Sic enim nihil desiderat appetit nisi sub ratione boni. Sed in frustratione illius boni non potest esse aliquid malum. cum sit optimus ad quod creatura intellectualis puenire potest. neque etiam esse potest quod ab eo quod visione fruatur extirpetur in ea esse aliquid quod malum. vel aliquid eo melius. cum visio illius summe veritatis. omnem falsam extirpationem excludat. Impossibile est igitur quod substantia intellectualis que deum videt. unquam illa visione careat vellet. Quarta ratio est. quod studium alicuius quo prius aliquis delectabiliter fruebatur. fastidiat. accidit ex hoc quod studium illud vel actio aliqua immutationem facit in re. vel corrigendo eam vel debilitando virtutem eius. Et propter hoc vires sensibiles quibus accidit fatigatio in suis actionibus propter mutationem corporali organorum a sensibilibus. a quibus etiam si fuerit excellentia corrumpuntur. ut tactus ab igne et huiusmodi fastidiant post aliquod tempus frui eo. quod prius delectabatur. Et propter hoc etiam intelligendo fastidius patimur post longam meditationem. quod fatigantur potentie videntes corporali organo. siue quod deficiunt intellectus nostri compleri non possunt. Diuina autem substantia non corrumpitur. sed magis proficit intellectum. Neque ad visionem eius concurrens aliquid actus. qui per organa corporalia exerceatur. Impossibile est ergo quod illa visione aliquid fastidiat. quod prius ea delectabiliter fruebatur. Quinta ratio. Nihil quod cum admiratione consideratur potest esse fastidiosum. quod quodammodo sub admiratione est. adhuc desiderium mouet. Diuina autem substantia a quibus intellectu creato semper cum admiratione videtur. cum nullus intellectus creatus eam comprehendat. Impossibile est ergo quod suba intellectualis illam visionem fastidiat. et ita non potest esse quod ab illa visione se per propriam voluntatem detestatur.

Audiuimus ter §. III.

tio sed prius primo dicendum deus esse trinum in persona. sed unum in substantia. Sicut. n. phit ecclesia in decretali extra de sum. tri. et fi. ca. Quod mysterium innuit presens. dicens. In ciuitate diuinitutum. scilicet presens cui attribuit omnes virtutes seu potestates. In ciuitate dei nostri scilicet filij qui precipue dicitur nisi propter incarnationem. Caro enim et frater noster est Hene. xxxvij. Deus fundauit eam. scilicet spiritus sanctus. cui attribuit amor fundans et firmans ciuitatem supernam in eternum. Unitas autem essentie trinum personarum notatur. quod in singulari dicitur fundauit. non fundauerunt. Sicut ergo audiuimus. sic vidimus. sancti in patria dicere presens. quod ut ait. b. Bern. Mysterium trinitatis in unitate. et unitatem in trinitate. scilicet personarum inuestigare. scilicet per rationem naturales et rationem

Capitulū Septimū

rationē temeritas est. credere pietas est nosse
vita eterna est. **Dñ** et ipse christus nō soluz via
tor sed etiā cōp̄x̄nsor tūc. quod clarissime vide
bat trinitatē ip̄a ania sua nobis manifestavit di
cens **Jo. xvij.** Hec est vita eterna vt cognoscāt
et est videre te. s. p̄rēm ad quē loq̄bat et iesum
christū. q̄ est fili⁹ eius quē misisti. i. incarnari se
cisti. qd̄ opus fuit p̄ sp̄m̄ sc̄m̄. Sic. n. facemur
Qui cept⁹ est de sp̄s̄ sc̄o. Et has tres p̄sonas
solū deū vnū. s. in subst̄tia. Hoc autē mysteriū
trinitatis sicut audiunt⁹ ita et vidimus. et si nō
clare vt beati. t̄m̄ vt hic videri p̄nt̄ mysteria fidei
et t̄m̄ tripl̄. in doctrinis. in figuris. in creatur̄.
Non solū scripture christianoꝝ et iudeoꝝ q̄ sa
tis copiose de h̄ mysterio loquuntur. sed etiā to
trine gētiliū p̄hoꝝ h̄ vident⁹ exprime. Et in no
uo quidē testamēto inq̄t **Jo. euangelista.** Tres
sunt qui testimoniū dant in celo. pater. verbū.
et sp̄s̄ sc̄s̄. et hi tres vnū sunt. quid ap̄t⁹
dici potuit. **Paulus** quoq̄ ap̄s̄ ad gal. nū. mi
sit deus scilicet pater sp̄m̄ sc̄m̄ filij sui a q̄
scilicet filio procedit sicut ab ipso. in corda n̄ra
clamantem. i. facientē nos clamare cum de side
rio intenso orare. **Abba** pater in singulari. qz to
ta trinitas. vnus pater noster est creando. gu
bernando et saluando. Et dñs iesus christus ad
discipulos **Mat. vlti.** Baptizate omnes gentes
In nomine patris et filij et sp̄s̄ sc̄s̄. In no
mine dicit in singulari ad innuendū vnitatem
subst̄tie id est inuocatione et virtute. In ve
teri testamento doctrina non solum nostra sed
et iudeoꝝ et male intellecta ab eis et falso exp̄
sita. **Gen. i.** In principio creauit hely celum et
terram. hely autē est plurale cuius singularē
est hely. Et sicut hely interpretatur deus. ita hely
interpretatur dñs id est persone diuine. Ecce plu
ralitas personarū. vnitās autē essentie ibi in
nuitur. Creauit in singulari. Que autē sint ip̄e
plures persone in diuinis et nomina eoz̄ exp̄
muntur in diuersis locis et libris vtens reita
menti. p̄cipue in ps̄. **Nā** de patre dicit ps̄. Ip̄e
scilicet filius ait. pater inuocabit me. Pater me
us es tu. qd̄ plures egit incarnatus. vt post vlti
mam cenā in orōne. **Pater** clarifica filiū tuum
Joan. xvij. Et in fine vite. **Pater** in manus tu
as cōmendo sp̄m̄ meū. **Luce. xxiij.** De filio
autē inquit ps̄. q̄. in p̄sona eius. **Dñs** dixit ad
me. filius me⁹ es tu. ego hodie id est eternaliter
genui te. **De sp̄s̄ sc̄o** ait ps̄. i. Spiritum
sanctū tuū ne auferas a me. Et q̄ q̄libet p̄sona
ex his tribus sit deus. et t̄m̄ non tres dñi. sed vnus
est deus. ostendit dicens i alio ps̄. **Benedicat** nos
deus scz pater. deus noster scz filius noster. fact⁹
p̄ humanitatem assumptaz̄ similis nobis. **Be
nedicat** nos deus sp̄s̄ sc̄s̄. Et benedicere
suū est b̄n̄facē. offerēdo n̄alia et addēdo gra
tuita. Et vt intelligatur vnitās essentie subdit

in singulari. metuant eum om̄s fines terre. s̄m̄
beati **Gregozum** in moral. Et. ij. Regum. vij.
Ero illi in patrem. et ip̄e erit mihi in filium. Et
quibz̄ videatur loqui de salomone. tamen apo
stolus ad **Hebr. i.** arguit. ex his verbis probās
dei patris filiationē s̄m̄ sensum literalem intel
ligendam. ostendens et de sp̄s̄ sc̄o. **Sapi
en.** primo **Sp̄s̄ sc̄s̄** discipline effugiet
fictum. **Dimittendo** alia testimonia sacre
scripture plurima. veniamus ad doctrinaz̄ eth
nicoꝝ. **Cū** dixit **mercurius Crimegistus.** **Jo
nas** genuit monadem. et in seipm̄ fecit ardo
rem. **Nonne** videtur insinuasse mysteriū tri
nitatis. **Jonas** id est vnus genuit monadez̄.
id est vnū. id est pater filij. **Ardoz** reflexus est
sp̄s̄ sc̄s̄. qui vt dicit. **b. Hieronymus** est a
mor p̄ris in filij et filij in patrem. non quidem
accidental⁹ et transiens vt amor n̄r. sed substan
tialis et subst̄tens. **Cū** enī virtus effectū repe
riat in causis eoz̄ nobilius q̄ in ip̄is effectibz̄.
Et virtus generandi vte rep̄at in creaturis.
que om̄es sunt effect⁹ prime cause. s. dei. multo
nobilius debet h̄c generatiōis virtus rep̄ari in
ip̄o deo. nō quidem materialiter. cū sp̄s̄ sit de⁹
sed mentaliter. sicut mens hominis generat ver
bum suū. i. cōceptum. **Intelligit** enī se deus ab
eterno. et tantū q̄ntus est q̄ unū est. et ip̄e
intellectus est filius suus. **Vnū** in subst̄tia cū
eo. qz eius intelligē est sua essentia s̄m̄. **b. Tho.
primo** p̄tra gentiles. **Nō** p̄t̄ autē optimū v̄bū
gignendo ip̄m nō amare. cū amor sit boni. et qz
infinītū bonū infinīt⁹ amor p̄ris ad filium geni
tū et filij ad p̄rēm generantē. Et ip̄e amor sp̄s̄
sanctus est p̄sona subst̄tens terna in trinitate
illa sanctissima. **Si** q̄s autē dicat qz nō fuit itel
lectus **Crimegisti** loq̄ de trinitate. cum ethnici
p̄bi nō cognouerint h̄ mysteriū. **In** cū figurā
legit in exodo qz magi. i. sapiētes pharaonis de
fecerit in tertio signo. qz in noticia trinitatē vt
dicit magister senten. in primo li. **Nā** de verbo
eterno seu filio dei multa dixit **plato** et q̄plura
Sybillę gentiles et satis clare. **Cū** et sic. nihil
philet existimare qz plura p̄inentia ad myste
ria fidei potuerit deus loq̄. q̄ ip̄i nō intellexerūt.
Sicut locutus est deus p̄ asinā **balaam** et p̄ cap
pham. que ip̄e non intellexit. **Didim⁹** hucusq̄
in doctrinis mysteriū trinitatis et vnitatis. li
cut audiuius ex fide. videamus figuras.

Ex figuris etiā iii. .s. v.
dimus. Et prima est. **Cum** abrae stanti in me
ridie in oualle mambre occurrerūt ei tres viri
.i. angli i forma hūana. tres vidit. et vnū adora
uit et. **Gen. xvij.** **Exp̄s̄** s̄tionē ob breuitatē omit
to. vbi etiā innuit q̄ cū gestu reuelat mysteriū
trinitatē. qz existētibz̄ in oualle hūilitatē. et i fer
uore charitatis. et in ostio mortalitatis. **Sc̄da**

Titulus Decimus

figura heles dañ. v. de tribu digiti vni^o manus scribens in pariete extra facie balthasar regis in babylone conuuantis cum suis. mane tetel phares. Tres digiti tres persone diuine. pater et filius et spiritus sanctus. de quo dicitur. Qui appendit mole terre tribu digiti. i. sustentat mundum virtute triu^o personarum. que sunt vnus deus. vna manus. vna essentia et virtus diuina. que in mente humana scribit numerum beneficiorum. que quis recepit. Appendit. i. ponderare facit grauitate et multitudinem peccatorum que egit. Diuidit. i. distribuere facit gratias que percipit. Terna figura est Esa. vi. vbi ait. Vidi dominum sedentem super seraphim clamantia. Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. Et sancti dicunt ad inuendum tres personas. Dominus deus in singulari scribitur propter unitatem essentie. quia hi tres vnus sunt. Clamant autem. quia cum admiratione ardet in ipso dilectione dei. que clare videtur esse summus et infinitus bonus. Innotuit quoque iohannes baptista mysterium trinitatis. quando in baptismo vidit filium dei in carne baptizatum. preterea audiuit in voce dicentem. Hic est filius meus dilectus. Mat. iii. Vidit spiritus sanctus in forma columbe. Sed quia in processu temporis quedam heretici vocati ariani voluerunt violare unitatem fidei de mysterio trinitatis dicentes esse plurimum et diuersarum essentiarum. Ad confirmationem veritatis fidei de unitate essentie ostendit deus hoc grande miraculum in illo tempore in oriente vbi cepit talis error. Nam in quodam festo sacerdote missas decantante visus est ab omnibus tres guttas ad modum aquae descendere super altare. et vna gemas ex eis effectas. que reposita cum magna reuerentia fuit et reuerentia inter reliquias ad manifestandum. quod hi tres vnus sunt.

Tertio manifestatur. §. VI
in omnibus creaturis vestigium sanctissime trinitatis. Et primo in generali. secundo in speciali. tertio in singulari. Et in generali quidem. quia vniuersus est vnus a deo totum creatum distinctum in triplex generum creaturarum. Nam vnus est substantiarum spiritualium. i. angelorum. Aliud genus substantiarum primarum spiritualium. primarum corporaliu^o vt hominum. Tertium est substantiarum omnino corporaliu^o um. Ad inuendum quod hi tres. scilicet pater et filius et spiritus sanctus vnus sunt. sicut vnus est vniuersus et tripertitus in genere. Et angelus suba in se inuisibilis presentans presentem. et a nobis non est visus homo rationalis dei filius. qui hominem assumpsit. Creatura irrationalis spiritum que apparuit in specie rei irrationali vt ignis. In quolibet autem horum reperimus vestigium ostendens. quia hi tres vnus sunt. Nam natura angelica vna est conditio in spiritualitate nature. nihil habens materie. Sed triplex est hierarchia. Et quilibet hierarchia triplex est in ordine. Nam infima est in ordine angelorum archangelorum et principum. In secunda est ordo triplex. scilicet principum. virtutum et donationum. In tertia triplex est etiam. quia thronorum cherubin qui interpretatur plenitudo scie filium que est sapia prorsus. Sera

phin que interpretatur incendiū spiritus sancti. que dicitur arbor. Est et in quolibet angelo repere tria secundum dyonysium scilicet essentiam. virtutem. i. potentiam et operationem. et tunc hec sunt vnus angelus. ad inuendum quod hi tres vnus sunt. In creatura rationali adhuc expressius habetur imago trinitatis. Dominus et ipse deus dixit. Gen. i. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Hec imago potest considerari vt formula naturaliter vt informata perfectionaliter. vt reformata presentaliter. vt omnino formata perpetualiter. Et omnia hec perfectissima trinitate et vbi est eius similitudo. Quam tamen ad imaginem format immaturaliter. vbi dicit Augu. in li. de trini. Licet mens nostra non sit eius nature cuius est deus. ibi tamen querenda est imago eius cuius nihil est melius. Anima siquidem nostra vna est tres habens potentias. quarum vna non est altera. scilicet memoria. intellectus et voluntas. Et vna procedit ab alia secundum actum. Nam intellectus non intelligit nisi memorie illud occurrit. et voluntas non vult. nisi quod mens recolit. et intellectus aliquo modo intelligit. Sic pater et filius et spiritus sanctus tres persone. vna substantia. vna essentia. Et filius quidem nascitur de patre. spiritus sanctus procedit ab utroque. Hec imago formatur et decoratur per virtutum perfectiones. in quibus etiam relucet vestigium trinitatis. Nam virtus vna est conuenientibus omnibus in hoc vnus quod ait philosophus in li. ethy. cor. quod virtus est que bonum facit hominem. et opus eius bonum reddit. Sed ista tripartita est secundum diuersa ad que ordinatur. Est. n. virtus theologialis. virtus moralis. et virtus intellectualis. Primum genus virtutum que anima informat a sanctissima trinitate est fides. spes charitas tria hec. vt dicitur. 1. Cor. xiii. Hec respiciunt ad deum vt obiectum suum. Sed fides immititur ei vt prime veritati. que filio attribuitur. Spes respicit deum et potentem iuuari ad bene operandum et ipsum beatificandum. Potestas attribuitur patri. Charitas vnit animam deo vt summo bono. Et voluntas attribuitur spiritui sancto. Vnus quoque sunt per respectum ad vnum obiectum. deus. Tres sunt habentes diuersum respectum ad eum. sic hi tres vnus sunt. Virtus moralis proficit hominibus in ciuitate humana. et habet triplicem secundum hominem triplicem potentiam quam proficit. scilicet iusticia. fortitudo et temperantia secundum principum in ethicis. Et iusticia proficit voluntatem hominis in ordine ad primum. vt ipsum non ledat. sed ius suum unicuique tribuat. Fortitudo proficit irascibilem potentiam. vt aggrediat ardua opera. et firmus sit et constans in aduersis. Temperantia proficit concupiscibilem potentiam. vt absteineat ab illicitis delectationibus. Et hec tres vnus sunt in moralitate. Virtus intellectualis proficit intellectum. Et hec triplex dimittendo intellectum. que est de principis per se notis et arte que est de mechanicis. vicia scilicet prudentia et sapientia. Et scia que est de conclusionibus. comprehendat quadruium sed etiam triuium scilicet grammatice. logicam et rhetoricam. Et grammatice quidem docens loqui et scribere. Logica verum a falso

Capitulū Septimū

so discernere. **R**hetorica orantem persuadere. **P**rudencia est recta ratio agibilium. Que quidem prudentia integrat ex tribus. ut dicit Seneca in li. de quattuor virtutibus. videlicet preterita cogitatio. et dicit memoria. presentia ordinatio. et dicit intelligentia. futura precautio. et dicit providentia. Sicut ergo tres iste partes prudentie distincte conveniunt in una communi ratione prudentie. ita hi tres pater. filius et spiritus sanctus unum sunt. **S**apientia autem seu physica distinguitur in physica que est noticia de rebus naturalibus. que sunt infra celum. cui deservit medicina. Et moralis noticia. cui deservit lex civilis et canonica. Et dividitur in moralis que hominem dirigit in seipsum. economica que docet regere familiam. et politicam. que docet civitatem dirigere et regnum. Et sic hi tres una moralis philosophia est. **T**ertia philosophia superior que omnes excellit scientias metaphysica vel potius theologica. hec continet triplicem legem dei scilicet intrinsecam ut decalogum. moysaycam ut ceremonialia et iudicialia. et evangelicam de deo loquens et angelus super omnes alias scientias. et de sanctissima trinitate. Reformatur autem imago dei. que est in homine deformata per peccatum. a sanctissima trinitate per penitentiam. nec alio modo post baptismum reformari valet. Hec autem penitentia una est et trina. Nam ut dicitur de peccatis. i. Perfecta in corde contritio. in ore confessio. in opere tota humilitas. i. satisfactio. hec est vera et fructuosa penitentia. Et per b. l. in. n. Contritio attribuitur patri. quia maxime potentie est iustificatio impium. quod fit per contritionem. Confessio filio. quia fit per verbum quod dicitur filius. Satisfactio que complet bonitates penitentie spiritus sancti cui appropriatur bonitas. Et satisfactio quidem per b. l. et alios in quarto consistit in tribus. scilicet elemosyna. oratione et ieiunio. de quibus dicitur per b. l. Bona est oratio cum elemosyna et ieiunio. Et per illud destruitur illud maledictum ternarium diaboli. de quo. i. Jo. ii. dicitur. Omne quod est in mundo. aut est concupiscentia carnis. aut concupiscentia oculorum. aut superbia vite. Concupiscentia carnis atteritur per ieiunium. Concupiscentia oculorum reprimitur per elemosynam id est auaricia. Superbia vite tollitur per humilem orationem. Sed ad hoc melius reformatur imago per ternarium essentialium religionis. quod excedit omnem solennem penitentiam. ut dicitur. xxxiiij. q. ii. Admonere scilicet castitatem. paupertatem et obedientiam. Et hoc est illud triduum itineris in deserto religionis quo deus vocat suos ad se sibi sacrificandum. Exo. n. Sicut ergo tres partes in penetra vel in religione. et tamen una penitentia. et una est religio. ita hi tres pater et filius et spiritus sanctus unum sunt. **T**ertium genus creaturarum ubi relucet vestigium trinitatis. est genus rerum inere corporalium. Et hoc est in celis. in elementis et ele-

mentatis. Et celum quidem unum est. id est in quantum omnes conveniunt in materia incorruptibili. Tres autem sunt. Nam differentes in motu. quia empirium ubi sancti. resident non movent. Crystallinum movetur ab angelo. et movet alios. Sydereum scilicet firmamentum cum celis planetarum. quod non movet alios celos. sed movetur. Et sol in medio consistens planetarum tres habet sub se scilicet lunam. mercurium et venerem. Tres supra se scilicet marrem. iovem et saturnum. Elementa omnia in hoc uno conveniunt. quia sunt in materia corruptibili. sed in triplici differentia. Nam supremum scilicet ignis est lucidum. in quo etiam reperitur vestigium trinitatis. Nam est in eo considerare essentiam. splendorem et calorem. et essentia non procedit a suo splendore sed e converso. Et calor a sua essentia et splendore. ita pater a nullo procedit. filius a patre. spiritus sanctus ab utroque. Et hi tres unum sunt. sic unus est ignis.

Medium elementum quod est duplex. est duplex. i. transparent. scilicet aer et aqua. Et in aqua est vestigium trinitatis per pulcre. scilicet in aqua que egreditur e terra ut in fonte. et transit eadem in substantia per aqueductum. et extenditur in rivum seu fluvium. una est aqua seu unus fons. et rivus fons non procedit a conductu. sed e converso. sic filius a patre. qui solus cooperatus est carne nostra. unde et ipse dicit. Ego quasi aqueductus etc. Eccl. xxiij. Filius procedit ab utroque. sic spiritus sanctus qui dicitur fluvius paradisi per b. Aug.

Tertium elementum est terra. que est in se obscura. Et hec tripartita. quia in asia. europa. et aphyricam una terra et tres eius partes. Sic hi tres unum sunt. In elementatis patet quod quodlibet est unum representans patrem. Unde Basilianus. In patre unitas. et aliqua species habent per formam suam. et ad aliquid ordinantur. Secundum representat filium. et finis spiritus sancti. Ad quod facit quod dicitur Sapientia. Omnia in pondere. numero et mensura constituitur domine. Omnis enim res est una numero. Mensuram habet determinate perfectionis per formam suam. per quam in specie constituitur. Pondus suum est finis ad quem ordinatur. Et sic hi tres unum sunt. Sicut ergo ecclesia militans hic est regina stans ante deum a virtutibus virtutum in vestitu deaurato sapientie. circumdata varietate statuum. Sic et ecclesia triumphans assistit ut regina mundi a virtutibus dei. civitate superna. in vestitu deaurato glorie. que in tribus consistit representantibus sanctissimam trinitatem. scilicet visione. retentione et fruitione sanctissime trinitatis. circumdata varietate premiorum. In qua existentes dicere valent. Sicut audivimus sic vidimus etc.

Titulus undecimus De dono intellectus **D**onum intellectus ultra lumen nature necessario a deo perit. **C**ap. primum